



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. LIX. Vitiosæ linguæ quomodo sanandæ sint, prima quatuor
medicamenta traduntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

S. IV.

Hic etiam jure vitio vertitur affectata & nimis com-
pra dictio, quæ numeris modulisque Rhetoricis
instructa nimiam spirat prudentiam, & argutias miscet
non placituras. Hic ego Concionatores hujus avi con-
venio. Pace vestra dixerim, o Viri, nonnulli vestrum
hoc ipso furiarum genere inquietantur, qui cultui di-
ctionis intenti, in seipsis spiritum, in auditoribus fru-
ctum prius eripiunt quam adferunt. Quid verba colli-
gimus, quid voculas componimus, & caelestem doctri-
nam his lenociniis infamamus?

Procul à Christianorum templis delinificam illam fa-
cundiam, quæ vulnere cicatricem mentitur, quæ audi-
torum animos voluptate inani perfundit, quæ verbis ad-
venustatem compositis laudes eblanditur, quæ concin-
nam elegantiam, & nescio quid nugarum ac vanitatis
affectat ut placeat.

In concio-
nibus fa-
cundia af-
fectata est
respuenda.

Procul à sacris cathedris ventosam & enormem lo-
quacitatem: Christus prædicandus est, & hic crucifixus;
penitentia suadenda, & quidem stabilis ac constans;
quatuor hominis ultima sunt inculcanda; Dei voluntas,
& humanæ cum eadem conformatio explicanda; æter-
nitatis identidem ingerenda; ad dissertationes istas non
opus mellitis verborum globulis, non modulato cur-
rentis facundie sonitu, non quasitarum vocularum va-
nissimo strepitu: Spiritu hic opus est & amore in Deum
incenso; qui uti facundiam non spernit, ita nec queris;
inod etiam odit & respuit, si sit affectata. Et quemad-
modum aqua illa censetur optima, quæ nullo sapore est
imbuta, ita dictio illa pulcherrima, quæ affectatione
nulla est corrupta.

Sed à fuggestu & publicâ dictione ad loquendi cir-
cumstantias redeo, & receptui cano. Inter præcorum Pa-
trum monita Hieronymus tam succincte dixit, quam
nervose: *Sermo prolatus, est lapis emissus, quapropter duran-*
tequam sermō proferatur, cogitandus est.

Hieron. de
Virginis.

Andr. lib. 1.
Offic. cap. 2.

Ambrosius hoc confirmans: *Alis sunt viae, inquit, quas*
debemus sequi, alia quas custodire & sequi vias Domini, custodi-
re nostras, ne in cultum erigantur. Potes autem custodire, si
non curd loquaris. Utrumque reddit confirmatissimum
Hebræus sapiens, qui homini circumspicte loquela
tranquillam felicitatem pollicetur hoc chirographo:
Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustis
animam suam. Cum enim lingua intemperans plurima
peccet, mens utique rea in angustias & mœrores quam-
plurimos conjicitur, quos effugit qui prudenter & cu-
stodit verba facit.

Prov. c. 21.
v. 23.

Mada. de
Dogm. Pla-
tonis.

Porro iis qui imprudenter & incaute loquuntur,
verba non in pectore, sed in ore nascuntur, quos præcor
philosophus perstringens: *Qui sunt leves, inquit, futiles &*
importuni locutores, quique verbis humidis & lapsantibus de-
fluunt, eorum orationem bene existimatum est in ore nasci, &
non in pectore. Huic accedens Egidius Diaconus: *Quoties,*
inquit, oratio in linguâ solum nascitur, pectus conceptam ma-
gno nixu penitentiam parit. Solet enim è remore dictus proveni-
repenitudo, quæ Conscientiam velut in equuleum rapit, & er-
roris lapsusque confessionem ab illâ exprimit. A tot molestis
& doloribus immunem se reddit, qui quæ locuturus
est, circumspicit. *Qui custodit os suum, & linguam suam, cu-*
stodit ab angustis animam suam.

Y

CAPVT LIX.

Vitiosæ Linguae quomodo sanandæ sint: prima
quatuor medicamenta traduntur.

A Pollonius Thyagæus, ille Orbi notus philosophus
(uti de eo prodit Philostratus) suos discipulos cā

A loquendi lege imbuit, ut auctorâ vicinâ cum Diis; cum
progressu de Diis loquerentur; ceterum tempus hame-
nis sermonibus sed eruditus impenderent. Lex pulchra. Oculi
& utilis. Duo Christi fervoris discipuli. Emanantem enim
tendentes, hunc crediderim, servarunt ordinem. 1. An-
tequam se viae committerent, utique se Deo precibus pro-
commendarunt, quâ quidem ratione cum Deo locuti
sunt. 2. Die ad umbilicum jam deducto, de Christo
Dei filio loqui cœperunt. 3. Christum Dominum pe-
regimini habitu rectum invitarunt ad hospitium; *monstrantes*
nobiscum quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies: & c.
cœgerunt illum. 4. Conconati sunt demum, & qui-
dem ipsis concionatoribus, Apostolis. Nam *surgentes & ita*
dem horâ regressi sunt in Hierusalem & invenerunt congregatos
eos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, Quod ser-
rexist Dominus verè, & apparuit Simoni. Et isti narrabant
quæ gesta erant in via, & quomodo cognoverunt eum in frac-
ture panis.

B Hi profecto non malè diem expenderunt, linguâ
præclare usi. Nec mirum; Præceptorem habuerunt à
caelo, sed revera serium, & qui discipulos non indol-
enter habuit, nec illis blanditus est; severâ eos discipuli-
nâ irrigans; O stulti, ait, & tardi corde ad credendum. Quâ
quidem prælectione tam insigniter eos erudit, ut ab
velut jam Magistris didicerint Apostoli, quomodo lo-
quendum de Christo redivivo.

De universis Linguae vitiis nōs haftenus locuti su-
mus; multa quidem, si verba numeremus; pauca, si ma-
ximum malorum numerum spectemus. Enimverò bo-
nus ludimagister non solum ostendit characterem ma-
lè formatum, sed docet insuper quâ ratione forman-
dus sit; boni artificis est non tantum discipuli errores
in artem commissos reprehendere, sed etiam docere
quomodo ii sint corrigendi. Plurima Linguae vitia pec-
censsumus; hoc unum nunc superest, ut quâ ratione illa
sint corrigenda doceamus. Neque enim satis est scire se
agrotare, nisi præsto sint & pharmaca, quæ conveniant
agroti. Quando igitur tanti referat non tantum vitiōse
loqui dedisse, sed artem etiam rectè loquendi condi-
scere, hoc jam agamus, & tribus his ultimis dissertatio-
nibus remedia & medicamenta comparemus, quibus
vitiosæ Linguae subveniendum. Huic triplici dissertatio-
ni significandæ litteram Pythagoream Ypsilon præfigi-
mus, litteram tricornem aut triculpidem; nam inferius
unum, superiora duo habet cornua. Affirmat Plinius
Indicos boves & unicornes & tricornes reperiri. Nos
contra universâ Linguae vitia, dissertationem triplicem,
velut bovem tricornem statuimus hac quidem ratione,
ut in singulis trium capitum istorum aliquot præcepta,
seu medicamenta tradamus, quibus Linguae vitiositas
omnis emendari possit. Atque ut memoria quoque
consulamur, præceptiones dabimus nec longas, nec ob-
scuras, sed quæ dictu & captu faciles sint: Ipsæ tot leges
confundunt & obruunt memoriam. Arque ita hac qui-
dem dissertatione prima præcepta seu medicamenta
quatuor; altera, quatuor alia; tertiâ demum, quatuor
ultima remedia per sanandæ Linguae prosequemur.

S. I.

Primum remedium ad vitiosam linguam curandam: *Re-*
est ORATIO. Sapientia oraculum Salomon clare
pronuntiavit: *Homini est animam preparare, & Domini ge-*
bernare linguam. Hoc dixit: Tu tibi Deum precibus pro-
pitia, & animum adverte, non deerit tunc omnium est
auctor qui linguam, aliter intractabilem; regat. Luc.
lente prorsus Augustinus hoc ipsum affirmans, Intel-
gamus, inquit, charissimi, si linguam nullus hominum domare
potest, ad Deum confugiendum est qui domat linguam nostram.
Si enim tu eam domare volueris, non potes, quia homo es; lin-
guam nullus hominum domare potest. Eodem animo dixit Basilius
Basilius: *Os suum orationibus communit, jugiter atque plus*
alio

aliis orans: Pone Domine custodiam ori meo. Nulla bestiarum seipsum domat: solius hominis est cicurari à seipso, vel ut rectius dicam, ultro seipsum offerre cicurandum. Augustinum iterum excellentissime hac de re differenter audiamus: verba illius fide optima recitabo. Homo, inquit, domat feram, non domat linguam. Domat leonem & non refrenat sermonem. Domat ipse, & non domat seipsum. Domat quod timebat, & ut se domet, non timet quod timere debebat. Addit: Attendite similitudinem ab ipsis bestis quas domamus. Equus non se domat; Camelus non se domat; Elephantus non se domat; Asinus non se domat; Leo non se domat; sic & homo non se domat. Sed ut dometur equus, bos, camelus, elephantaus, leo, asinus, quæritur homo: Ergo Deus quærat, ut dometur homo. Ergo, Domine, refugium tu factus es nobis. Conferimus nos ad te, & bene nobis erit de te. Malum est enim nobis de nobis. Quia dimissimus te, dimissisti nos nobis. Inveniamur ergo in te quia perieramus in nobis. Quid ergo fratres mei: dubitare debemus, quia mansuetos nos faciet Dominus, si nos domandos ei præbeamus? Domuisti leonem, quem non fecisti: non domat te qui fecit te?

Hoc igitur studiosissime laboremus ut nos nostramque linguam Deo domandam, per precationes præbeamus. Ipsemet Augustinus quod sermone docuit, exemplo firmavit. Siquidem de seipso falsus: Quotidiana, inquit, fœrnax nostra est humana lingua. Imperas nobis, Domine, & in hoc genere continentiam. Da quod iubes: & iube quod vis. Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum. En Augustinum non solum orantem, sed & plorantem, ad evitandum lingue venenum. Quilibet igitur, bene vult loqui, bene orat: primum & patet princeps vitiosa lingue remedium est ORATIO.

§. II.

Alterum est ASSIDUA COGITATIO DEI VBIQUE PRÆSENTIS. Heu quales per Orbem sermones volant, quam impuri, quam pestilentes! Quilibet es, obsecro, vel solâ cogitatione Orbem obi, & auscultat, quam ridicula, vana, fœda, noxia loquantur homines, perinde si nullus sit Deus qui omnia singulaque audiat, omnia singulaque iudicaturus & puniturus. Illorum insipientium infiniti sunt, qui dicant in corde suo, Non est Deus. Is certe Deus his talibus non videtur esse qui lenissimos quoque lasciviosos & occultissimas quasque cogitationes audiat. Hinc nemo quod bonum est loquitur, nemo quod purum sanctumque est cogitat.

Si quis hodie Cynicus Diogenes cum latruncula oberrat, seseque confabulantium circulis inferat, ponatque illam Domini questionem: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem? Plurimi, vix dubitem, faterentur quod res est, & hi quidem dicerent: acuius linguas & absentes egregie vellicamus; se tamen obreptatores esse negarent. Alii: miseras nostras vicissim querimus; hoc pallo murmuraciones hi tegunt. Alii: rumores novos narramus. Deberent dicere, nugas, fabulas, nec non mendacia tractamus. Isti: bona verba damus, hoc est, adulamur & palpamus. Illi: est nobis de aliquo controversia; sic rixas & iurgia honesto nomine defendere solemus. Essent qui dicerent: Fallendo tempore sermonis symbolas conferimus; rectius responderent: Otiosa miscemus colloquia, susurriones agimus. Sed neque inverecundis & lascivis decesser larva, quam suis spurcitiis oppanderent, facetes le atque hilares esse affirmarent. Ita pessimis quibusque colloquiis honestos titulos præfigimus. Nemo quod bonum est loquitur. Quod inde ferè provenit, quia nemo Deum ubique præsentem reveretur. Quod si Christianus aliquis Diogenes interrogando pergat: Quid sunt hi sermones vestri? quo in numero censendi, quo premio affiendi, vel supplicio? num eos Deo placere creditis? Hic ferè risus & irrisio responsi vice sequeretur, aut certe frigidissimum improba lingue patrocini. Nam etiam Deum ubique præsentem

A credimus, certe non cogitamus. Hanc autem cogitationem Gregorius Neocæsariensis reprimendæ verborum levitati efficacissimam ducebat, quando vaniloquiis nostris Majestas divina (si posset) in tristitiam daretur. Certè beatus Paulus cū iussisset Ephesios omni sermone malo abstinere, tanquam rationem reddens: nolite, inquit, contristare Spiritum sanctum. Veteris Philosophiæ præceptum est: Sic loquendum esse cum hominibus, tanquam Divi audiant; sic cum Divi tanquam homines audiant. Hoc ferè sensu sapiens præcipit & Seneca: Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat; sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant. Profecto ad omnem vitæ licentiam & improbitatem plurimis expeditissima est, hæc unica cogitatio: Solus sum, & nemo me videt. Tunc mala consilia agitant: tunc aut aliis aut sibi futura pericula struunt: tunc cupiditates improbas ordinant: tunc quidquid aut metu aut pudore celabat animus expromit: tunc audaciâ acuit, libi licentiam, dinem irritat, iracundiam infligit. Ita se solum esse credere, à nemine videri, à nemine audiri, scelerum grandis stimulus est. Quilibet igitur cupit frenare linguam, assidue Dei præsentiam cogitet. Tanto quis cautius loquitur, quanto sibi aliis impresserit hoc unum: Audiris, autem Anno Angeli audiam, Deus audit, & tu dictorum rationem posteris tuo tempore. Beatus Petrus ad id hortatus: * Si quis loquitur, inquit, quasi sermones Dei Deus ubique præsentissimus, & spectator & auditor est omnium. Hic te rogo, mi Leontor, si Nicetam meum non gravatè adi, & vide quæ illic de Dei præsentia in omni loco explicatè traduntur. Quare alterum curandæ lingue remedium est. Assidua Dei ubique præsentis cogitatio.

§. III.

Tertium est PRÆMUNITIO ET ANIMI PROVISIO AD LOQUENDUM. Hic nobis commoatam est jam proximè priori dissertatione monuisse observandas in loquendo circumstantias. Quod præci patres variè condidit capite, firmant. Ambrosius particulatim: Sapiens, inquit, priusquam loquatur, multa considerat: quid dicat, cui dicat, quo loco, quo tempore dicat. Nimirum hæc prius animo cogitanda, quam laxanda lingua. Augustinus eruditè: Sicut eligis, inquit, quo vescaris: sic elige quod loquaris. Cibum per os ingressurum examinas; cur non etiam egressurum per os verbum, quod sæpe graves tragedias excitat in tua domo, quam cibum tuo stomacho. Bonaventura opponit: Provide tibi, ait, antequam prodas sermonem, prudentia, consideratione omnia præveni. Quemadmodum egressus domo, undique se circumspicit, an vultus, an vestis, an omnia decore in publicum efferantur: ita locutus videat quid publico committat. Et sicut propugnaculi portæ non nisi cautissime & post omnia solerter explorata referantur; ita nec os, arcis animatæ ostium, prius pandendum, quam vigilanter omnia circumspiciantur. Eo spectant tot Hebræi sapientis monita: Noli citatus esse in lingua tua. Ne temere quid loquaris: Ecce cap. 4. v. 24. Ecce c. 5. v. 1. Ecce c. 21. v. 28. verba prudentiam statim ponderabuntur. Nec Hieronymi monitum abluat: Prius verbum transeat per limam quam per linguam. Et quamvis omnibus actionibus necessaria sit limam, maxime tamen sermoni. Et sicut stupam hami ferrei pectunt, lanam ferreus pecten carminat; sic verba prius pectenda sunt & carminanda, quam ventura in forum protrudenda.

Pamēnius abbas antequam ceteros sociorum accideret, prius animum horā unā iussit esse præsentem, & quid loquendum esset, cogitatione complexus est. Et hunc sibi morem voluit esse perpetuum, quem homines religiosi hodieque imitantur hac ratione, dum singulis diebus primā diē horā animum in id defigunt, quod eā diē plurimum prosit ad bene agendum & loquendum. Alicubi moris est inter religiosos viros, ut post mensam non prius inter se colloquantur, quam in templo locuti fuerint cum Deo. Mos probus, & pluribus imitan-

Ephes. c. 4. v. 30.

Macro. lib. 1. Saturn.

Senec. Epist. 10. fine.

Cognitio et solus sum, & nemo me videt, est via ad omnem vitæ licentiam.

* 1. Pet. c. 4. v. 11.

† Nicetas 1. 2. cap. 20.

Quidquid autem Anno Angeli audiam, Deus audit, & tu dictorum rationem posteris tuo tempore.

* Si quis loquitur, inquit, quasi sermones Dei Deus ubique præsentissimus, & spectator & auditor est omnium.

Hic te rogo, mi Leontor, si Nicetam meum non gravatè adi, & vide quæ illic de Dei præsentia in omni loco explicatè traduntur.

Quare alterum curandæ lingue remedium est. Assidua Dei ubique præsentis cogitatio.

ac Duce Bavarie & Maximiliano, de Dei præsentia pro fugatu explicationem est, id omne in epistomen velut eliquatum, dicto capite.

proponitur. quam loquatur, multa considerat: quid dicat, cui dicat, quo loco, quo tempore dicat. Nimirum hæc prius animo cogitanda, quam laxanda lingua.

Augustinus eruditè: Sicut eligis, inquit, quo vescaris: sic elige quod loquaris. Cibum per os ingressurum examinas; cur non etiam egressurum per os verbum, quod sæpe graves tragedias excitat in tua domo, quam cibum tuo stomacho.

Bonaventura opponit: Provide tibi, ait, antequam prodas sermonem, prudentia, consideratione omnia præveni.

Quemadmodum egressus domo, undique se circumspicit, an vultus, an vestis, an omnia decore in publicum efferantur: ita locutus videat quid publico committat.

Et sicut propugnaculi portæ non nisi cautissime & post omnia solerter explorata referantur; ita nec os, arcis animatæ ostium, prius pandendum, quam vigilanter omnia circumspiciantur.

Eo spectant tot Hebræi sapientis monita: Noli citatus esse in lingua tua. Ne temere quid loquaris: Ecce cap. 4. v. 24.

Ecce c. 5. v. 1. Ecce c. 21. v. 28.

verba prudentiam statim ponderabuntur. Nec Hieronymi monitum abluat: Prius verbum transeat per limam quam per linguam.

Et quamvis omnibus actionibus necessaria sit limam, maxime tamen sermoni. Et sicut stupam hami ferrei pectunt, lanam ferreus pecten carminat; sic verba prius pectenda sunt & carminanda, quam ventura in forum protrudenda.

Pamēnius abbas antequam ceteros sociorum accideret, prius animum horā unā iussit esse præsentem, & quid loquendum esset, cogitatione complexus est.

Et hunc sibi morem voluit esse perpetuum, quem homines religiosi hodieque imitantur hac ratione, dum singulis diebus primā diē horā animum in id defigunt, quod eā diē plurimum prosit ad bene agendum & loquendum.

Alicubi moris est inter religiosos viros, ut post mensam non prius inter se colloquantur, quam in templo locuti fuerint cum Deo.

Mos probus, & pluribus imitatus.

Aut proxima facille.

dus.

duc. Hanc animi præmitionem seu præparationem ad loquendum Siracides insignitè docens: *Aurum tuum, inquit, & argentum tuum confis, & verbum tuum facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.* Et libellam & habenam ex argento & auro exigit hic præceptor, ut sic omnia quæ ab ore prædeunt, vel ad Dei honorem vel ad aliorum bonum referantur. Sic animus ad loquendum præmuniendus est. Sed sequitur

§. IV.

4. Multa sibi dicere, eamque à seipso exigere.

Sen. lib. 3. de Ben. cap. 2.

Sen. lib. 3. de Ben. cap. 2.

1. Cor. c. 11. v. 31.

Lib. 4. For. mic. cap. 3. Ioannes Nyder qui anno 1430. Norimbergæ Amicus fuit in S. Dominici familiâ.

Quartum remedium, adversus omne vitium, Linguae præsertim, potens est, MULTAM SIBI DICERE, EAMQUE A SEIPSO EXIGERE. Omnes vitiosos habitus à se removere non difficile illi erit, qui capitalem triumvirum in seipsum egerit. Egregia virtutis est seipsum apud se accusare, reprehendere, multare, sibi nihil condonare. Christiano sensu Seneca: *De nullo, inquit, queri possum alio, quam de me. Ego mihi in ascor, & Ego à me pœnas exigam.* Nos contrarium plerumque facimus, errores nostros tegimus, excusamus, cominus, polimus, & errasse nos negamus, alios audacissime accusamus. Quin ergo saltem facimus, quod malus scriba, qui creberrimos errores suos scalpello eradit, aut malus pictor qui penicillo inducit? ita & nos si quid erratum est, voluntatis pœnis delectamus ipsi, nec expectamus, dum alii à nobis pœnas repetant. Ille omnino in virtutum studio plurimum proficit, qui quotiescunque peccasse se cognoscit, mox aliquà se pœnâ multat & ipse suus sibi monitor est: En, ait, iterum iurasti, mentitus es iterum, iterum male dixisti, de aliis iterum (quod jam sæpissime) detraxisti: in peccatam hoc stipis da pauperi, has preces recita. Qui superbia delictum in se observasset, sibi non malè imperaret: procumbe o superbe, & matrem tuam, terram oculare. Idem in delictis aliis utilissime fit. Et certe, si nosmetipsos diiudicemus, non utique iudicemur. Hæ tales voluntarie pœnæ non tantum hominem sibi ipsi, sed & Deum homini mirè conciliant, & lapsus faturos sæpissime de facie cavent.

E Sancti Dominici familiâ vir pius & eruditus narrat, fuisse virum nobilem aro suo, qui à puero assueverat Deum & Calites verbo violare, aliis pessimè precari. Has voces puer in aula haulerat, quas & senex assidue iactarat. Displacuit viro inolitum hoc suum vitium, statuitque apud animum suum sæpius tam sædam loquendi labem deducere, nec tamen deditit: pugnavit secum aliquamdiu, raro victor: nam lubricæ lingue præceptio abreptus ruebat in antiqua. Quare sacerdotem super hac re consuluit rogavitque pharmacum suggereret huic morbo expugnando. Sacerdos mitior quam par erat, molli spongia hanc vomitum non rupit, sed demollit. Interim vir ille nobilis in eundem morbum identidem revolvebatur. Aliquid vitii amputatum erat, non extirpatum vitium. Quocirca seipsum vir generosus aggreditur, & hanc sibi pœnam decernit, ut quotiescunque linguâ Deum hominève peteret, eo die carnibus abstineret. Et ne sibi quidquam ipse indulgeret, famulis severè præcepit, ut execrationes suas & maledicta numerarent, & quemcunque numerum subnotassent, iussi dicerent. Principium, ut solet, tam fuit difficile, ut anno ferè dimidio, à carnium usu non sine violentiâ se continerit, ne animi sui decretum violaret. Et quamvis aliquanto tempore in Principis cuiusdam aula degeret, nihilominus instituti tenax perseveravit quod cepit. Hac demum abstinentiâ ita seipsum triumphavit, ut quidquid vitii pessimâ consuetudine contraxerat, generosè prorsus expugnavit, victor sui, sui tantum? diabolorum omnium. Eo tanè tempore, inquit, quo virum familiariter nosse ceppi, nec ullam ampliùs voculam impiam misit. Addit prioribus:

A Civis Augustanus simili urgebatur vitio, qui hanc ipse sibi pœnam indixit, ut quoties verba impia paceret, graphio vel cultello alio guttam sanguinis eliceret, à manu aut brachio. Non multum sanguinis fudit, & improbam consuetudinem feliciter vicit. Tanti est vitium quodeunque hac parte aggredi, & velle vincere. Vicit quisquis ita vincere voluit. Et ut dicta stememus, idem scriptor subiungit ista. Civis Memmingæ opulentus in eandem execrandi consuetudinem prolapsus, hanc sibi multam statuit, ut quoties divinum nomen minus reverenter appellaret, aut aliter linguâ delinqueret, eo die genium vino fraudaret, & fontem hiberet, idque sine ulla exceptione vel veniâ. Non diu aquam bibit, & linguam domuit, à consuetudine tam improba penitus liber. Quid nos? an dicemus, tanti non eminus lingue victoriam? nihilne ignavi facere aut pati sustinebimus, ut oris vitia extirpemus? an Christum clamantem non audimus? Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem?

B Quinque igitur vel lingue procacitatem, vel aliud quodeunque vitium in se cupit expugnatum, hoc agat, & voluntatis se pœnis toties moneat, quoties deliquisse contigerit. Non est efficacior, non est sanctior vindicta quam sui ipsius. Hoc prorsus modo & domari lingua, & quidquid vitiosi vivit in animo, superari poterit.

CAPVT LX.

Alia quatuor Medicamenta vitiosæ Lingue curande.

F Vir qui lautissimam suppellectilem in domo alienâ curiosè intuitus, aliquid tamen deesse diceret. Cuiusque interrogaretur: quidnam illud sit quod desit? Respondit: Instrumentum quod humanæ genti summe necessarium. Interrogatus porro, quale hoc instrumentum sit? At ille: Linguarium, inquit, quo lingua oculandi solet. Sanè rem dixit: pars nulla suppellectilis tam necessaria est, atque hoc ipsum, quod diximus.

Romanus sapiens lingue temerariæ mentione injecta: *Verba mea redimam, inquit, & aurem mihi periculis damno castigabo promittendi temeritatem. Ecce ut dolat, ut postea consideratus loquar: quod dicere soleamus, linguarium dabo.* Cœpimus & nos Linguarium dare, & Remedia suggerere linguis omnibus tam temerè loquentibus. Quatuor omnino medicamenta dictavimus, polliciti addere plura. Nunc addimus quatuor alia quæ linguam incautam aut nimis licentiosam coercant.

§. I.

Q Vintum Medicamentum, PROPOSITA QUOTIDIANA. Qui sanam cupit linguam diebus lingulis in quo Hebræo Psalte seipsum his extimulet: *Dixi, dico, dicamque millies: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; Posui, ponamque ori meo custodiam.* Nisi quotidie hoc animi decretum innovetur, oblivione facillimè sepelitur. Vtior eques si maximi momenti literas, aut multum aut in equo secum vehat, aliquoties de die & oculis & manibus explorat, an hippoperam etiamnum habeat: qui saculo summi momenti clavem circumfert, sæpius in die sacculum manu perterritat, num clavim illam non amiserit. Clavis oris in arcu cordis sit qui rei suæ letius est custos, saltem semel iterumque quot diebus ad hanc clavem attentè respiciat. Jobus de seipso: *Gloria mea, inquit, semper immovabitur, & arcum meum in manu meâ instaurabitur.* Hoc agam ut vires meæ, meaque brachia non languescant, nec consenescat robur meum, sed augeatur potius & crescat: sic omnino qui rectè loquendi artem condiscere desiderat, ad discendum se